

Erdélyi Gyula: Veszprém város története a török idők alatt (Veszprém, 1913)
206. – 207. oldal.

https://adplus.arcanum.hu/hu/view/Books_04_TorokkorErdelyiFejedelemseg_0216_Veszprem_varos_tortenete_a_torok_idok_alatt_120/?pg=205&layout=s
206

Kívülről: Illustrisso et Rndino, nec non Generosis Dominis Dominis Sacrae Cesareae Regiaeque Majestatis inclite Camerae Hungaricae Posoniensis Prefecto et Consiliariis etc. Dominis et Patronis Gratiostissimis.

Országos Levéltár: Acta neoregistrata fasc. 618. Nr. 68.

Nos Frater Ladislaus Prior Fratrum Cartusianorum de Leveld et Commissarius totius Conventus Ordinis Fratrum eorundem Cartusianorum Memorie commendamus hos presentatos, quod cum Nos post Destructionem Monasterii nostri Leveld Bona nostra ad dictum Monasterium nostrum pertinentia nunc procul a Nobis existentia commode defendere, Proventusque eorundem Bonorum nostrorum Nos minime percipere et nostra facultate administrare posse cognoverimus, accidente nostro juxta humillimam Supplicationem Consensu et Mandato Regie Majestatis Domini nostri Clementissimi Universe Ecclesie et dicti Monastiri nostri Leveld circa Lacum Balaton existentis, signanter Possessiones Nagy Leveld, Kis Leveld, Rezenek, et Borzorczeck ac Geze, Nagy Nyull in Jauriensi, nec non Udvari et Tapolcza in Szaladiensi Comitatibus existentes et habitas simul cum cunctis suis Utilitatibus et Pertinentiis, quibuslibet Terris scilicet arabilibus, Cultis et incultis, Agris, Pratis, pascuis, Foenetis, Vinearumque Promonthoriis, Vineis, Sylvis et Montibus, Nemoribus Vallibus, Aquis, Flaviis, Piscinis, Piscatoriis, Aquarum decursibus, Molendinis et eorundem Locis, Gratialiter vero quarumlibet Utilitatum et Pertinentium suarum Integritatibus, quovis Nominis Vocabulo vocitatis, sub suis veris Titulis et ab antiquo ad easdem pertinentibus deberi Reverendo Domino Andree de Keves Episcopo Ecclesie Vesz- primiensis usque ad feliciorem redditum Status Regni, ordinisque nostri in Regno Hungarie in pristimum Statum reformationem pro Summa florenorum hungaricalium Nonaginta annuatim in Arendam dedimus et collocavimus in bonis Monetis pro tempore Currentibus, singulis Annis duobus Terminis, videlicet ad Festa Beatorum Martini et Georgii Nobis in conventu nostro persolvendis hujusmodi sub Conditionibus: ut prefatus Dominus Episcopus Veszprimiensis et per consequens Officiales ejusdem moderni et futuri a colonis nostris Ecclesie nostre in prescriptis Universis Possessionibus nostris commorantibus nihil extra solitum consuetum censem ordinarium ac numeratum et citra ipsorum Colonorum ab antiquo solvere Debitum exigere possent, in Genere vero Servitorum nulla ad majora Servitia exhibenda ipsi Coloni per Anni circulum cogantur, quam quilibet Colonus Censualis, Sedecim Dies et Inquilinus juxta eorum facultatem servire cogantur, hoc preterea interposito, quod si Dominus Andreas de Keves Episcopus Veszprimiensis per translationem ad alium evocaretur Episcopatum, vel Clementer sublevaretur, vel idem Episcopus Divina Vocatione fato concederet, extime pre-

scripta Universa Bona Ecclesie ac Monasterii nostri in Nos et Conventum nostrum redeant et restituantur, eo fato harum nostrarum Vigore et Subscriptione manuum nostrarum Sigillique nostri munimine et Testimonio Litterarum mediante. Datum in Castro Siimegh in Festo B. Bartholomei Apostoli, Anno Domini 1554.

Országos Levéltár: Acta Ecclesiastica fasc. 71. No. 57.